EVANGELIVM MATTHAEI EX HEBRAEO FIDELI-ter redditum.

No tengo ni un maravedi de renta esta aora.

[redacted]

1747

PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, ſub inſigni D. Chriſtophori, è regione gymnaſii Cameracenſium.

1555.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

AD LECTOREM.

QVIA Matthæum Hebraicum nuper, à Iudæis Romanis extortum opera obſeruãdi patris epiſc. Brioc. viri de omni ſtudiorum genere præclarè meriti, ſciebamus cum vulgata & recepta editione multis locis diſsidere, de ea re hîc te paucis admonere, lector, viſum eſt. Scito ergò hîc omiſſa nonnulla, quod an ſcribæ inaduertentia ſit commiſſum ſperamus progreſſu temporis, ſi præſulē, cuius beneficio his frueris, ſuperſtitem ſeruarit Dominus, patefactum iri: pleraque addita & luculentius explicata: non pauca immutata & in diuerſum ſenſum expreſſa. Quò factum eſt vt tribus notarum generibus hæc inſignienda duxerimus. Si quid erat prætermiſſum, hanc interpretationi notam inſeruimus. * Si quid adiectum, hanc. † Vbi verò immutatum neſcio quid, hoc ſigno eſt demonſtratum.

 "Quòd

EVANGELIVM MATTHAEI.

CAPVT I.

HAE ſunt generationes Ieſu * filij Dauid filij Abrahā. Abraham genuit Iſaac. Iſaac genuit Iacob. Iacob genuit Iudam & fratres eius. Iudas genuit Phares & Zara de Tamar. Phares genuit Heſron. Heſron genuit Rā. Ram autē genuit Aminadab. Aminadab genuit Nahſon. Nahſō genuit Salmō. Salmō genuit Booz de Rahab. Booz genuit Obed ex Ruth. Obed autē genuit Ieſſe. Ieſſe genuit Dauid regē. Dauid autē * genuit Salomonē ex vxore Vriæ. Salomō autē genuit Roboā. Roboā genuit Abiam. Abiam autem genuit Aſa. Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat genuit Ioram. Iorā genuit Oziā.